

De orthographia

Thymbra cū th aspira. & y greco. genus herbe
 Tiphys cū y greco in vltima. proprium viri.
 Typus Tyrannus cum y greco scribuntur.
 Tiryus cum y greco in vltima. vrbis in achaia
 Tyrrhenus cū y greco & rh. aspirato. frater fuit lydi regis lydie.
 Tyr⁹ cū y greco. nomē oppidi.
 Thyrsus cū th aspirato & y greco. hasta pāpinis inuoluta.
 Thol⁹ cū th aspirato. i. testudo.
 Thomas cū th aspirato. proprium viri
 Thorax cū th aspirato. tegimen pectoris
 Thracia cū th aspirato regio est
 Tragœdia cū œ diph. in antepenultima.
 Threnos cū th aspirato. id est lamentum
 Triūphus cū i latino scribitur.
 Trochæus cū æ diphthon. in penultima.
 Trophæum cuz æ diphthon. in penultima.
 Thronus cū th aspirato. i. sedes.

Tus sine aspiratōe scribitur

¶ De littera V.

VLyxes cuz y greco. proprium nomen viri
 Vlyxbona cum y greco. oppidum quoddam

¶ De orthographia dictionū latinarū.

ABūdo sine h in principio
 Ahenū cū h i me. qdā scribitur.
 Amurca per c scribi debet. s; p g pronūciari
 Hariolus. Haruspex. Heiulor.
 Herugo. Hericius. Hircus. Hirquus. Hirudo. Hirūdo. Hordeum. Hortus. Hudus. Hululo cū aspiratōe scribi debent in principio
 Lachryma cū ch aspi. & y. gre.
 Mihi Nihil sine c scribi debent.
 Pulcher Sepulchꝛ cū ch aspirato in fine scribūt s; quosdam.
 Renuo cuz vnico n scribitur. a re & nuo
 Solennis cum simplici l & duplicato n
 Tento sine p scribitur. quia venit a teneo

¶ Finit liber quartus

ENCIPIT Liber quintus erami aurei poetarū. q̄ p̄plectit̄ periphraſes poetarū. Interpretatur aut̄ periphraſis circūlocutio. a Cicerone vero ad herēniū de dignitatibus d̄r̄ circuitio. q̄ s; illū est ōrō rē simplicē assumptā circūscribēs elocutioe.

¶ Annorū periphraſes

Ouidi⁹. iij. tristium

Bis me sol adiit gelide post frigora brumę
 Bisq; suū tacto pisce peregit iter.
 Iam tempora titan

Ouidi⁹. vi. metamorph.

Quinq; per autūnos repetitis duxerat annis
 Tercius equoreis inclusum piscibus annum

Oui. x. meta.

Finierat titan

Sidera fa
 Taurus & a
 Dicit ager. v
 Minarium pe
 lam terra
 Tempora. &
 Inuitis tone
 Verzephyris
 Hoc genitū
 Ante nouis ru
 Corula q̄ rig
 lam venit
 Torida. iam
 Medios cum
 Cum sicut h
 lam rapidus
 Ardeat celo.
 Huserat. arca
 Fructus ad h
 Tempus erat
 Inumbit terris
 Ar anhelante
 ¶ A
 Tempus erat
 Non vno plus
 In freta dum
 Lustrabant. con
 Dum iuga m
 Quasi d̄vmo
 ¶ ANTI
 Potera lux p
 lam rapidos. or
 Vbi primo
 Vngula d̄lper
 lam tate d̄o
 Innotem d̄ffu
 Lumbus p̄rit
 Sere lanugini
 Donec hant
 Salsū equi sp̄at

VERIS PERIPHRASES

Sidera iam tyrius phryxei respicit agni
 Taurus. & alternūm castora fugit hyems
 Ridet ager. vestitur humus. vestitur & arbos
 Ismarium pellex attica plorat itim
 Iam terra glaciāle caput. secundaq; nimbis
 Tempora. & alstrifero nebulosam vertice frontena
 Immitis tondebat hyems. blandisq; salubre
 Ver zephyris tepido mulcebat rura sereno
 Hoc geritur zephyris primū impellentibus vnda
 Ante nouis rubeant q; prata coloribus. ante.
 Garrula q; tignis nidum suspendit hirundo.

Martia p. r. epi
gramaton

Silius .xi. de bel
lo punico.

Virgilius. iij
georgicor.

ÆSTATIS PERIPHRASES

Iam venit æstas.
 Torrida iam læto turgent in palmitē gemmę
 Medios cum sol accenderit æstus
 Cum siciunt herbe. & pecori iam gratior vmbra est.
 Iam rapidus torrens sicientis syrius indos
 Ardebat celo. & medium sol ignibus orbem
 Hauserat. arebant herbe. & caua flumina siccis
 Faucibus ad limū radij tepēfacta coquebant
 Tempus erat cœli cum torrentissimus axis
 Incumbit terris. ictusq; hyperione multo
 Acer anhelantes incendit syrius agros

Virgilius i bu
colicis.

Virgilius. iij
georgicor.

Virgilius. iij
georgicor.

Stacius. iij. sil
uarum.

AVTVMNI PERIPHRAISIS

Tempus erat quo libra pares examinat horas
 Non vno plus equa die noctuq; rependit

EVL PERIPHRASES

In freta dum fluuij current. dum montibus vmbre
 Lustrabunt. conuexa polus dum sidera pascet
 Dum iuga montis aper. fluuios dum piscis amabit
 Dumq; thymo pascuntur apes. dum rore cicade

Virgilius pri
mo eneidis

Virgilius i bu
colicis

MATVTEINI TEMPORIS PERIPHRAISIS

Postera lux phætonis equos proferre parabat
 Iam rapidos. omni curru splendēte sub vndis
 Vbi primo
 Vngula dispersit fores phætonia phebo
 Iam tartesiaco quos soluerat equore titan
 In noctem diffusus equos iungebat eois
 Littoribus. primiq; nouo phætonte relecti
 Seres lanigeris repetebant vellera succis
 Donec flamigerum tollentes equore currum
 Solis equi sparsere diem. iamq; orbe renato

Silius in. xi.

Silius in. vij.

Silius in. vi.

- Diluerat nebulas titan, sensimq; fluebat
 Caligo in terras nitido resoluta sereno
 Post ubi fulserunt primis phaetontia frena
 Ignibus, atq; sui terre rediere colores
 Silius in. x. Iamq; sub extremū noctis fugentibus vmbriis
 Lux aderat, somnusq; suas confecerat horas
 Silius in. iij Atq; ubi nox depulsa polo primaq; rubescit
 Lampade neptunus, reuocatq; aurora labores
 Iamq; hyperionia lux septima lampade surgens
 Silius in. xv Sensim attollebat propius subeuntibus arces
 Urbis, & admoto crescebant culmina gressu
 Idem in. xv Iamq; nouum terris pariebat lumine primo
 Egrediens aurora diem, stabulisq; subibant
 Ad iuga solis equi, nec dum ipse ascenderat axem
 Sed pre rupturis rutilabant equora flammis
 Idem in q̄rto Condebat noctem deuexo cynthia cornu
 Fraternali afflata rotis, & ab equore eoo
 Surgebant rosee media inter cerula flamme
 Idē in quinto Et iam curriculo nigram nox rosida metam
 Stringebat, nec se thalamis titonia coniunx
 Protulerat, stabatq; nitens in limine primo
 Ceu minus annuerit noctem transisse viator
 Q̄ cepisse diem
 Idē in primo Pellebat somnos tithoni rosida coniunx
 Ac rutilis primis semper hinnitibus altos
 Afflarat montis, roseasq; mouebat arenas
 Sensim abeuntibus vmbriis
 Idem in. ix Conscia nox sceleris roseo cedebat eoo
 Iamq; pruinosos metitur lucifer axes
 Ouidi⁹ i prim^o Amoz. Inq; suum miseros excitat ales opus
 Id. iij. fastoz. Postera cum caelo motis pallantias astris
 Fulserit, & niueos luna leuarit equos
 Idē in epistol⁹ Tempus erat vitrea quo primū terra pruina
 Spargitur, & tecte fronte queruntur aues
 Idem in eodē Iamq; fugatura tithoni coniuge noctem
 Preuius aurore lucifer ortus erat
 Idē in. iij. me^o Postera nocturnos aurora remouerat ignes
 tamorphosis Solq; pruinosas radijs siccauerat herbas
 Et iam prima nouo spergebat lumine terras *Nono Enides.*
 Idē i. ix. eiusdē Tithoni croceum linquens aurora cubile
 Somnus abicit somniq; fugam lux alma secuta est,
 Id i. iij. eiusdē Postera sidereos aurora fugauerat ignes
 Stat⁹ in scdo Nondum cuncta polo vigil inclinauerat astra
 thebaidos

Ortus & in
 Luna diem
 Diluit, &
 Et iam m
 Impulerat c
 Norantes exc
 Solubens i
 Aduertit flar
 Lucifer exit ce
 Implicat, argz i
 Tempus era
 Semit equos, p
 Oceani mugit
 Coligit, & mo
 Erant implic
 Oceano prolac
 Laos adhuc he
 Erondum exc
 Solis lucifero
 hanc dies prim
 erantur.
 Impolitio
 Nolum pura di
 Ador, & erante
 Calina puni
 Erant implicu
 Vbi pallida su
 Tithoni croceum
 Frigida vix ce
 Cum nos in tener
 Etiam nox huc
 Propriat huc den
 Postera naq; di
 hanc noxq; au
 Vbi primos cre
 Indultratan, ra
 Tithoni prima n
 Tithoni croceum
 Impetrata dies
 Aurora phaeton
 Postera cum pi
 Cuius dies
 hanc rubescit

Ortus. & instantem cornu tenuiore videbat
 Luna diem, repidas subito titonia nubes
 Discutit, & reduci magnum parat æthera phæbo
 Et iam mygdonijs elata cubilibus alto
 Impulerat cœlo gelidas aurora tenebras
 Rorantes excussa comas, multumq; sequenti
 Sole rubens illi roseus per nubila seras
 Aduertit flammas, alienumq; æthera tardo
 Lucifer exit equo, donec pater igneus orbem
 Impleat, atq; ipsi radios veter esse sorori
 Tempus erat iunctos cum iam soror ignea phæbi
 Sentit equos, penitusq; cauū sub luce parata
 Oceani mugire domum seseq; vagantem
 Colligit, & moto leuiter fugat astra flagello
 Exiit implicitum tenebris humentibus orbem
 Oceano prolata dies, genitorq; corusce
 Lucis adhuc heberem vicinia nocte leuabat
 Et nondum excusso rorantem lampada ponto
 Solis lucifero fugiebant astra relicto
 Iamq; dies primos belli visura tumultus
 Exoritur.
 Impulit ionios premisso lumine fluctus
 Nōdum pura dies, tenuis vibratur in vndis
 Ardor, & errantes ludunt per cerula flamme
 Crastina puniceos cum lux detexit ortus
 Expuit implicitum tenebris humentibus orbem
 Vbi pallida surgit
 Tithoni croceum linquens aurora cubile
 Frigida vix cœlo noctis decesserat vmbra
 Cum ros in tenera pecori gratissimus herba
 Et iam nox humida cœlo
 Precipitat: suadentq; cadentia sidera somnos
 Postera nāq; dies primo surgebat eoo
 Humentemq; aurora polo dimouerat vmbra
 Vbi primos crastinus ortus
 Extulerit titan, radijsq; retexerit orbem
 Et iam prima nouo spargebat lumine terras
 Tithoni croceum linquens aurora cubile
 Expectata dies aderat, nonamq; serena
 Auroram phætonis equi iam luce vehebant
 Postera cum primo stellas oriente fugarat
 Clara dies,
 Iamq; rubescebat radijs mare, & ethere ab alto

Idem in eodē

Idem in. viij. eiusdem.

Idem in scdo achilleidos.

Lucan^o in. i.

Claudianus

Idem

Virgilⁱ in pris mo georgi.

Idē i bucolicis

Idē in. ij. gnes.

Idē i. ij. eiusdē

Idē i. iij. eius.

Idē in eodem. ix. eius

Idē i. v. eiusdē

Idē in eodem

Idē i. vij. eius.

Aurora in roseis fulgebat luthæa bigis
Idē in eodem Postera cum prima lustrabat lampade terras
 Orta dies.
Idē i. xi. eiusdē Aurora interea miseris mortalibus almam
 Extulerat lucem. referens opera atq; labores
Idē i. xij. eiusdē Cum primū crastina cœlo
 Puniceis inuecta rotis aurora rubebit
Idē in eodem Postera vix summos spergebat lumine montes
 Orta dies. cum primū alto se gurgite tollunt
 Solis equi. lucemq; elatis naribus efflant
Idē i. opusculi Aurora oceanum croceo velamine amictus
 Liquerat. & bijugis vecta rubebat equis
 Luce polum nitida perfundit candidus orbis
 Et clarum emicuit sol oriente iubar
 Rosida puniceo palantias exit amictu
 Astrigerum inficiens luce oriente polum
 Sol insigne caput radiorum ardente corona
 Promit ab equoreis tethyos ortus aquis

MERIDIEI PERIPHRAISIS

Ouidius i. tercio de arte Iamq; dies medius tenues contraxerat vmbas
Idē i. xiiij. metamorphosis Inq; pari spacio vesper & ortus erat
 Et maris & celi medio cum plurimus orbe
Idē i. x. eiusdē Sol erat. & minimas a vertice fecerat vmbas
 Iamq; fere medius titan venientis & acte
Idē i. iij. eiusdē Noctis erat. spatioq; pari distabat vtrimq;
Idē i. iij. eiusdē Iamq; dies medius rerum contraxerat vmbas
 Et sol ex equo meta distabat vtraq;
Idē i. x. eiusdē Estus erat. mediusq; dies solisq; vapore
 Concaua littorei feruebant brachia cancri
Idē i. xi. eiusdē Medio tum sol altissimus orbe
 Tantum respiceret quātum superesse videret

VESPERTINI TEMPORIS PERIPHRAISIS

Silius in. x Donec anhelantes stagna in tartesia phœbus
 Merfit equos. fugiensq; polo titania cecam
 Orbita nigranti traxit caligine. noctem
Staci⁹ in. vij. thebaidos Donec sol montibus omnis
 Erepsit. rebusq; dedit sopor ocia fessis
Idē i. iij. eiusdē Soluerat hesperij deuexo margine ponti
 Flagrantes sol pronus equos. rutilamq; lauabat
 Oceani sub fonte comam. Cui turba profundi
 Nereos. & rapidis occurrunt passibus hore
 Frenaq; aurate textum sublimē corone
 Diripuit. laxant calidis humentia loris

*Ibidē Nūc phœbus vmbas
 distat idem terra. fūd
 vaporib; arua.*

Aurora pars
 Gremi. & ei
 Noctibus cu
 Compoluit. r
 Cœperat hu
 Noct. & cerule
 Titan cum p
 int. & igniferi
 Quātum deess
 lant plena
 Pronus erat
 hōrenum tem
 lamq; dies e
 Quod tu nocte
 sed cum luce ra
 lam labor ex
 Pūlabant pedi
 lamq; diem a
 mpelebat equi
 Noctum infusa
 Noctis fess
 Inq; equos. no
 Sole ad occal
 Temperat. & late
 lam nocte indu
 vmbas & cœlo
 Noct. & len
 Eam pronā leu
 lamq; sopor n
 horum tacto
 breui nocte
 Condūt alta do
 Noctominu
 vmbas fessis o
 Noct. lamq; g
 Peregna tenebr
 Cuncta per &
 Condiderat som
 Prim nocte dat
 Alta nocte po
 sub nocte tellu
 Noct. & e

Pectora, pars meritos vertunt ad molle iugales
 Gramen, & erecto currum temone supinant
 Nox subijt curasq; hominum motusq; ferarum
 Composuit, nigroq; polos inuoluit amictu
 Ceperat humenti phębum subtexere palla
 Nox, & ceruleam terris infuderat vmbra
 Titan cum pronus invndas
 Ibat, & igniferi tantum dimerferat orbis
 Quatum deesse solet lune, seu plena futura est
 Seu iam plena fuit

Idē i. ij. eiusdē

Pronus erat titan inclinatioq; tenebat
 Hesperium temone fretum

Lucan⁹ in. iij.

Iamq; dies exactus erat, tempusq; subibat
 Quod tu nec tenebras, nec posses dicere lucem
 Sed cum luce tamen dubie confinia noctis

Ovi. i. xi. me
tamorphosis
Idē i. iij. eius.

Iam labor exiguus phębo restabat, equiq;
 Pulsabant pedibus spatium declivis olympi
 Iamq; diem ad metas defessis phębus olympo
 Impellebat equis, fuscabat & hesperus vmbra
 Paulatim infusa properantem ad littora currum

Idē i. vi. eiusdē

Ni roseus fessos iam gur gite phębus hiberō
 Tingit equos, noctemq; die labente reducat

Silius in. xi.

Solis ad occasum cum frigidus aera vesper
 Temperat, & saltus reficit iam rosida luna
 Iam nox inducere terris

Virgili⁹ in. xi
eneidos
Idē in. iij. ge
orgicon;
Horati⁹ i pris
mo sermonū

Vmbra, & coelo diffundere signa parabat

¶ NOCTIS PERIPHRASES

Nox erat & leni canebant equora sulco
 Et iam prona leues spargebant sidera somnos
 Iamq; sopor medijs tellurem prefferat horis
 Et circum tacito volitabant somnia mundo

Flaccus in. iij.
argonauticō
Idē in eodem

Extremi nox littore solis hiberas
 Condidit alta domos, & sidera sustulit auris
 Nox hominum genus & duros miserata labores
 Rettulerat fessis optata silentia terris

Idē in eodem

Nox somni genitrix mortalia pectora curis
 Purgarat, tenebreq; horrenda silentia alebant

Idem in q̄rto

Cuncta per & terras & lata stagna profundi
 Condidit somnus, positoq; labore dierum
 Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat
 Alta nocte poli medium quo tempore ducit
 Sub nostra tellure diem

Silius in. xvi.

Idem in. vij.

Nox erat, & coelo fulgebat luna sereno

Lucan⁹ in. vi.

H i.

hora. i epodo

Inter minora sidera

- Claudianus .
Ausoni^o in. ij .
Humentes iam noctis equos. lathæq; somnus
Frena regens tacito voluebat sidera cursu
Condiderat iam solis equos tartesia calpe.
Stridebatq; freto titan insignis hiberno
Iam succedentes quatibat luna iuuenças
Vinceret vt tenebras radijs. velut emula fratris
Iam volucres. hominūq; genus superabile curis
Mulcebant placidi tranquilla obliuia somni
Status in. xij
Thebaidos .
Iam pater hesperio flagrantem gurgite currum
Abdiderat titan. alijs rediturus ab vndis.
Scandebat roseo medij fastidia celi
Idē in primo
Achilleidos .
Luna iugo. totis vbi somnus inertior alis
Defluit in terras mutūq; amplectitur orbem
Et pater heliadum radios vbi tinxerit vndis
Et cinget geminos stella serena polos.
Ouidi^o in. vi.
fastorum .
Vnda repercussæ radiabat imagine lune
Et nitōr in tacita nocte diurnus erat
Idē in eplis
Iamq; quiescebant voces hominūq; canūq;
Idē in primo
Lunaq; nocturnos alta regebat equos.
tristium .
Noctis erat medium. curasq; & tempora somnus
Ouidi^o in. ix.
Soluerat
metamorph.
Tempus erat quo cūcta silent. interq; triones
Idē in. x. ei^o d
Flexerat obliquo currum temone bootēs
Idē in. viij. ei^o d
Sexta resurgebant orientis cornua lune.
Prima quiesq; aderat que curis fessā diurnis
Pectora somnus habet.
Idē in. iij. ei^o dē
Candidus oceano nitidum caput abdiderat sol
Et caput extulerat densissima sidereum nox
Virgili^o in. ij
eneidos .
Tempus erat quo prima quies mortalibus egris
Incipit
Idē in. iij. ei^o d
Nox erat. & placidum carpebant fessā soporem
Corpora per terras. silueq; & seua quierant
Equora. cum medio volūtur sidera lapsu
Cum tacet omnis ager. pecudes picteq; volucres
Queq; lacus late liquidos. queq; aspera dumis
Rura tenent. somno posite sub nocte silenti
Lenibant curas. & corda oblita laborum.
Idē in. v. ei^o d
Iamq; fere mediam celi nox humida metam
Contigerat. placida laxabant membra quiete.
Idē in. xi. ei^o d
Nox humida donec
Inuertit celū stellis ardentibus aptum

FINIT Erariū auriū poetarum